



DOMINICVS BAÑES  
SACRAE THEOLOGIAE  
SALMANTICAE  
PROFESSOR,  
PIO LECTORI SALVTEM.



OTVISSEM quidem ego, multò antea Com-  
mentariorum in Primam totam Partem An-  
gelici Doctoris librum in publicum edere; si  
non plura, quàm quæ à nostris Scholasticis  
Theologis hæctenus super posteriores Quæ-  
stiones obseruata atque dictata, imò etiam prelo mandata  
sunt, desiderarentur. Quamobrem in mentem uenit com-  
mune illud prouerbium, Sat cito si sat bene. Statui ergo per  
annos ferè quatuor quantum temporis, & spatij ab studijs  
pro quotidiana Primarię Cathedræ lectione necessarijs eri-  
pere potui, totum id in inquisitione & dispositione, nec non  
profundiore meditatione earum rerum quæ ad grauissimas  
difficultates insinuandas & dissoluendas pertinere uideren-  
tur, impendere. An uerò id assequutus fuerim, aliorum, qu'  
nostra scripta sincero animo legerint, erit iudicium. Aduer-  
tat autem pius Lector quatuor esse præcipua ac difficilia, que  
in hoc opere pertractantur. Principiò quidem, à Quæstione  
sexagesima quinta vsque septuagesimam quartam, De opere  
sex dierum, hoc est de Mundi opificio, quæ à Sanctis Patri-  
bus, & posterioribus Doctoribus dicta inuenimus, referun-  
tur: & interdum modestè expenduntur & diiudicantur. Se-  
cundo loco à Quæstione septuagesima quinta vsque octuage